

SERMO

CIII

delectabilia sua ad peccatum prope tractum obtulit. et carne quam ad peccatum al-
lexit. Quando homo passus est unum magnum malum. omnes qui fuerunt in
culpa prosequuntur. Diabolus autem et mundus et caro sunt in culpa pec-
cati ideo merito prosequuntur. **Psalmus.** Confundantur et reuerentur qui do-
mi-
Circa secundum nota quod peccator debet tollere lectum suum. id est corpus suum
in quo prius pro peccato suo iacebat. ipsum pro disciplina penitentiae macerando
scilicet per abstinentiam cibi et potus. per disciplinas et vigilias. per peregri-
nationes et infirmorum obsequia. **Hebraei.** Circueverunt in melotis. in pel-
lege. an affert. in soli. et in mon. et in spe. et in cau. **C**irca tertium nota
quod peccator sanatus debet ire in quod duplicem domum proficiendo. **P**rima
est ecclesia ad quam debet ire per sacramentorum precepta. **Psalmus.** In domum
domini ibimus. Debet enim se munire sacramentis in quibus operatur virtus
passionis christi. ut aseruet a malo et proficiat in bono. **S**ecunda est con-
scientia propria in qua debet ire per suam frequentem discussionem. **Sapientia.** viii.
Intra in domum meam quiescam cum illa. Quando extractus est ignis
in aliqua domo. diligenter querit an remanserit ignis in aliqua fa-
uilla et deinceps maior cautela adhibet. Sic debet peccator facere in
cuius conscientia extinctus est ignis peccati. **T**ercia est sepulchrum
Iob. xxx. Scio quod morti trades me ubi constituta est domus omni vi-
uenti. Ad hanc debet ire homo per iugem memoriam et expectationem. **Iob.**
xiii. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto. deo. et immo. mea. **Q**u-
ando homo stat ad pensionem in aliqua domo in qua modicum debet stare. si
curat de ea. si multum curat de ea in qua semper debet habitare. **E**nim
in mundo omnes stamus ad pensionem et modico tempore. **E**nim in alia autem vita
in perpetuum stabimus. **Hebraei.** xii. Non habemus hic manentem civitatem
sed futuram inquam. Et ideo modicum est curandum de ista et multum de alia.
Quarta est celum ad quod debet ire per desiderium et affectum. **Psalmus.**
lii. Nostra conuersatio in celis est. Ibi enim est pater noster. ibi sunt pro-
decessores nostri. ibi est omne bonum nostrum et ideo ibi debet esse cor nostrum.
Matthaeus. vi. Vbi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum. **S**exto et vlti-
mo ponit ex miraculo facto dei glorificationem quod videntes turbe mi-
raculum factum timuerunt scilicet timore reuerentiae et filiali et gloriaue-
runt deum qui dedit potestatem tale hominibus id est qui dedit hominibus pro-
phetiam magnum habentem potestatem talia facienda scilicet sanandi homines in
anima et corpore. Et sic per sextum et sequenter totum

Quinta 19 de Epistola

Re epistola sermo centesimus tertius.
Enouamini spiritu mentis vestre. **Epistola.** iiii. **A**postolus in hac epistola
ad quattuor nos hortatur. **P**rimo ut mente renouemur
nouum hominem indueremus. **E**nim in principio epistole. **S**ecundo ut membra
deponamus. **V**itate loquentes. **I**bi. **P**ropter quod deponentes membra loqu-